Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars I. Et II. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Ex prima catholica Ioannis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15062

Visual Library

vitæ, hoc eſt Verbi Dei proprium erat, in mortem prolapſum, iterum exſuſcitatum non eſt?

μα, ἴδιον ὂν τοῦ κατὰ φύσιν ζωῆς, τουτέστι τοῦ ἐκ θεοῦ ὄντος λόγου; ANNO CHRISTI 431.

Quod vnus ſit Filius & Dominus Ieſus Chriſtus.

Ὅτι εἷς ὁ υἱὸς καὶ κύριος Ἰησοῦς Χριστός.

Ex prima catholica Ioannis.

Ἐκ τῆς Ἰωάννου ἐπιστολῆς πρώτης καθολικῆς.

1. *Ioan. c. 1. v. 1.* QVOD *fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de Verbo vitæ: & vita manifeſtata eſt, & vidimus, & teſtamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis.* En illum qui fuit ab initio, vitaque æterna, hoc eſt Dei Patris Verbum, oculis ſe vidiſſe, manibuſque contrectaſſe teſtatur: cum tamen Verbum quod ex Patre procedit, ſua natura aſpectum fugiat, tangique nequeat: ſiquidem quod corpore vacat, id ſub tactionem non cadit. Atqui Verbum incarnatum oculis vidiſſe, & manibus contrectaſſe ſe ait. Quare licet Verbum caro factum eſt, vnus tamen eſt Filius, vnus Deus, vnus Dominus.

Ὃ ἦν ἀπ᾽ ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς· καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν, καὶ μαρτυροῦμεν, καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν.] ἰδοὺ τὸν ὄντα ἀπ᾽ ἀρχῆς, τουτέστι τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς λόγον, τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον ἑωρακέναι φησὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ μὴν καὶ χερσὶ ψηλαφῆσαι· καίτοι κατὰ φύσιν ἰδίαν τοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ὄντος λόγου καὶ ὄντος ἀοράτου καὶ ἀναφοῦς. ἀναφὲς γὰρ τὸ ἀσώματον. ἀλλ᾽ ἐν σαρκὶ γεγονότα τὸν λόγον ἑωρακέναι τε καὶ ψηλαφῆσαι φησίν. εἷς οὖν ἄρα ἐστὶν υἱὸς καὶ θεὸς καὶ κύριος, κἂν εἰ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος.

Quod fides tendat in Chriſtum, tamquam in Deum.

Ὅτι εἰς Χριστὸν ἡ πίστις, ὡς εἰς θεόν.

Ex priori epiſtola Petri.

Ἐκ τῆς Πέτρου ἐπιστολῆς πρώτης.

1. *Petr. c. 1. v. 21.* VT, inquit, *fides veſtra, & ſpes eſſet in Deo.* Atqui Chriſtus per ſanctos apoſtolos annuntiatur, imo ipſemet ita ait: *Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.* Cum ergo fides in Deum feratur, & Chriſtus, *In me credite*, dicat; quomodo planum non eſt, ipſum eſſe Deum?

Ioan. c. 6. v. 47.

ὭΣΤΕ, φησὶ, τὴν πίστιν ὑμῶν καὶ ἐλπίδα εἶναι εἰς θεόν. καίτοι Χριστὸς κηρύττεται διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. καὶ αὐτὸς δέ που φησίν· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον.] ὅτε τοίνυν εἰς θεὸν ἡ πίστις, Χριστοῦ λέγοντος, εἰς ἐμὲ πιστεύετε· πῶς οὐκ ἂν εἴη θεὸς ἐναργῶς;

Ex